

# 1<sup>st</sup> Sunday of Advent

*Station at St Mary Major*

*Purple*

*1 Cl. (Semiduplex)*

INTROIT: *Ps. 24:1, 3*

Ad te levavi animam meam : Deus meus in te confido, non erubescam : neque irrideant me inimici mei : etenim universi qui te exspectant, non confundentur. *Ps. ibid. 4:* Vias tuas, Domine, demonstra mihi : et semitas tuas edoce me. *℟. Gloria.*

*To thee have I lifted up my soul. In thee, O my God, I put my trust : let me not be ashamed. Neither let my enemies laugh at me : for none of them that wait on thee shall be confounded. Ps. ibid. 4: Show, O Lord, thy ways to me : and teach me thy paths. ℟. Glory.*

COLLECT

Excita, quæsumus, Domine, potentiam tuam, et veni : ut ab imminentibus peccatorum nostrorum periculis, te mereamur protegente eripi, te liberante salvari. Qui vivis.

*Stir up thy might, we beseech thee, O Lord, and come : that from the threatening dangers of our sins we may attain by thy protection to be delivered and by thy deliverance to be saved. Who livest.*

EPISTLE: *Rom. 13:11-14*

Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Romanos.

Fratres : Scientes, quia hora est jam nos de somno surgere. Nunc enim propior est nostra salus, quam cum credidimus. Nox præcessit, dies autem appropinquavit. Abjiciamus ergo opera tenebrarum, et induamur arma lucis. Sicut in die honeste ambulemus : non in comessationibus, et ebrietatibus, non in cubilibus, et impudiciis, non in contentione, et æmulatione, sed induimini Dominum Jesum Christum.

*A lesson from the Epistle of St Paul the Apostle to the Romans.*

*Brethren: Knowing that it is now the hour for us to rise from sleep, for now our salvation is nearer than when we believed. The night is passed, and the day is at hand; let us therefore cast off the works of darkness, and put on the armour of light. Let us walk honestly, as in the day; not in rioting and drunkenness, not in chambering and impurities, not in contention and envy; but put ye on the Lord Jesus Christ.*

GRADUAL: *Ps. 24:3-4*

Universi qui te exspectant, non confundentur, Domine. *℟. Vias tuas, Domine, notas fac mihi : et semitas tuas edoce me.*

*None of them that wait on thee shall be confounded, O Lord. ℟. Show, O Lord, thy ways to me, and teach me thy paths.*

ALLELUIA: *Ps. 84:8*

Ostende nobis Domine misericordiam tuam : et salutare tuum da nobis.

*Show us, O Lord, thy mercy : and grant us thy salvation.*

*ad libitum*: SEQUENCE

Salus æterna, indeficiens mundi vita,  
Lux sempiterna, et redemptio vere nostra,

*Eternal salvation, faultless life of the world,  
Perpetual light, and truly our redemption.*

Condolens humana perire sæcla per tentantis  
numina;  
Non linquens excelsa, adiisti ima propria  
clementia.

*Moved with compassion that the human world  
should perish through the will of the tempter,  
Without leaving the highest thou wert present in the  
lowest through thy own meekness.*

Mox tua spontanea gratia assumens humana,  
Quæ fuerant perdita, omnia salvasti terrea,

*Soon thy spontaneous grace took up the human,  
Thou has saved everything on earth that was lost.*

Ferens mundo gaudia.

*Bringing joy to the world.*

Tu animas et corpora / nostra, Christe, expia,  
Ut possideas lucida / nosmet habitacula.

*Cleanse, O Christ, our souls and bodies,  
That thou mayest possess us as shining dwellings.*

Adventu primo justifica  
In secundo nosque libera,

*Through thy first advent justify us,  
And in the second deliver us,*

Ut cum, facta luce magna, judicabis omnia,  
Compti stola incorrupta, nosmet tua  
subsequamur

*So that, when with the appearance of a great light  
thou shalt judge everything,  
We, adorned with an incorruptible raiment may soon  
follow*

Mox vestigia quocumque visa.

*Thy footsteps wherever they are seen.*

GOSPEL: *Lk.* 21:25-33

Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam.

*Continuation of the holy Gospel according to  
St Luke.*

In illo tempore : Dixit Jesus discipulis suis :  
Erunt signa in sole, et luna, et stellis, et in terris  
pressura gentium præ confusione sonitus  
maris, et fluctuum, arescentibus hominibus præ  
timore et exspectatione, quæ supervenient uni-  
verso orbi : nam virtutes cælorum movebuntur.  
Et tunc videbunt Filium hominis venientem in  
nube cum potestate magna, et majestate. His  
autem fieri incipientibus, respicite, et levate  
capita vestra : quoniam appropinquat redemp-  
tio vestra. Et dixit illis similitudinem : Videte  
ficulneam, et omnes arbores : cum producant  
jam ex se fructum, scitis quoniam prope est  
æstas. Ita et vos cum videritis hæc fieri, scitote  
quoniam prope est regnum Dei. Amen dico  
vobis, quia non præteribit generatio hæc, donec

*At that time: Jesus said to his disciples: There shall  
be signs in the sun, and in the moon, and in the  
stars; and upon the earth distress of nations, by  
reason of the confusion of the roaring of the sea and  
of the waves, men withering away for fear and  
expectation of what shall come upon the whole world.  
For the powers of heaven shall be moved; and then  
they shall see the Son of man coming in a cloud with  
great power and majesty. But when these things begin  
to come to pass, look up and lift up your heads,  
because your redemption is at hand. And he spoke to  
them a similitude: See the fig-tree, and all the trees;  
when they now shoot forth their fruit, you know that  
summer is nigh; so you also, when you shall see these  
things come to pass, know that the kingdom of God  
is at hand. Amen I say to you, this generation shall*

omnia fiant. Cælum et terra transibunt : verba autem mea non transibunt.

*not pass away till all things be fulfilled. Heaven and earth shall pass away, but my words shall not pass away.*

OFFERTORY: Ps. 24:1-3, 5, 16

Ad te, Domine, levavi animam meam : Deus meus, in te confido, non erubescam : neque irrideant me inimici mei : \*etenim universi qui te exspectant, non confundentur. *℣.* Dirige me in veritate tua et doce me, quia tu es Deus salutaris meus : et te sustinui tota die. \*Etenim. *℣.* Respice in me et miserere mei, Domine, custodi animam meam et eripe me, non confundar, quoniam invocavi te. \*Etenim.

*To thee have I lifted up my soul : in thee, O my God, I put my trust, let me not be ashamed : neither let my enemies laugh at me : \*for none of them that wait on thee shall be confounded. *℣.* Direct me in thy truth and teach me, for thou art the God of my salvation : and on thee have I waited all day long. \*For none. *℣.* Look thou upon me, and have mercy on me, O Lord, keep my soul and deliver me, let me not be confounded, for I have called upon thee. \*For none.*

SECRET

Hæc sacra nos, Domine, potenti virtute mundatos, ad suum faciant puriores venire principium. Per Dominum.

*May these sacred mysteries, O Lord, cleanse us by their mighty power, and make us to approach with greater purity to him who is their source. Through our Lord.*

PREFACE

*For Advent*

Vere dignum et justum est, æquum et salutare, nos tibi semper, et ubique gratias agere : Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus : per Christum Dominum nostrum. Per quem perditio hominum generi Salvatorem misericors et fidelis promisisti, cujus veritas instrueret inscios, sanctitas justificaret impios, virtus adjuvaret infirmos. Dum ergo prope est ut veniat quam missurus es, et dies affulget liberationis nostræ, in hac promissionum tuarum fide piis gaudiis exultamus. Et ideo cum Angelis et Archangelis, cum Thronis et Dominationibus, cumque omni militia cælestis exercitus, hymnum gloriæ tuæ canimus, sine fine dicentes :

*It is truly meet and just, right and salutary, that we should always, and in all places, give thanks to thee, O holy Lord, Father almighty, eternal God, through Christ our Lord. For in thy mercy and fidelity thou hast promised him as Saviour to the lost race of men, to instruct the ignorant with his truth, justify the wicked with his holiness, and help the weak by his power. Now that the time draweth nigh that he whom thou art to send should come, and the day of our liberation should dawn, with faith in thy promises, we rejoice with holy exultation. And therefore with the Angels and Archangels, with the Thrones and Dominions, and with all the hosts of the heavenly army, we sing an hymn to thy glory, evermore saying:*

*or: Of the Trinity*

Vere dignum et justum est, æquum et salutare, nos tibi semper, et ubique, gratias agere : Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus. Qui cum Unigenito Filio tuo, et Spiritu Sancto, unus es Deus, unus es Dominus : non in unius singularitate personæ, sed in unius Trinitate substantiæ. Quod enim de tua gloria,

*It is truly meet and just, right and availing unto salvation, that we should at all times and in all places give thanks unto thee, O holy Lord, Father almighty, everlasting God : who with thine only-begotten Son and the Holy Ghost art one God, one Lord; not in the oneness of a single person, but in the Trinity of one substance. For that which we believe*

revelante te, credimus, hoc de Filio tuo, hoc de Spiritu Sancto, sine differentia discretionis sentimus. Ut in confessione veræ sempiternæque Deitatis, et in personis proprietatis, et in essentia unitas, et in majestate adoretur æqualitas. Quam laudant Angeli, atque Archangeli, Cherubim quoque ac Seraphim : qui non cessant clamare quotidie, una voce dicentes :

*from thy revelation concerning thy glory, that same we believe of thy Son, that same of the Holy Ghost, without difference or separation. So that in confessing the true and everlasting Godhead, we shall adore distinction in persons, oneness in being, and equality in majesty; which Angels and Archangels, the Cherubim too and the Seraphim do praise; day by day they cease not to cry out, saying, as with one voice:*

COMMUNION: *Ps. 84:13*

Dominus dabit benignitatem : et terra nostra dabit fructum suum.

*The Lord will give goodness : and our earth shall yield her fruit.*

POST-COMMUNION

Suscipiamus, Domine, misericordiam tuam in medio templi tui : ut reparationis nostræ ventura solemnia congruis honoribus præcedamus. Per Dominum.

*May we receive thy mercy, O Lord, in the middle of thy temple : that we may anticipate with due honour the coming solemnities of our redemption. Through our Lord.*